



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta
Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ
Theologiæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

8 Vtrum vnus puniatur pro peccato alterius.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72759)

Requiri autem adhuc poena ad sanationem aliarum virium animi, quae per peccatum procedens deordinata fuerunt, ut scilicet per contraria curentur. Requiritur etiam ad restituendum equalitatem iustitiae, & ad amouendum scandalum aliorum, ut edificetur in poena, qui sunt scandalizati culpa, ut patet ex exemplo de Dauid inducto. †

In argu. Sed contra.

ARTICVLVS VII.

Utrum omnis poena sit propter aliquam culpam.

3. q. 74. ar. 1. ad 3. & 2. di. 30. q. 1. ar. 2. & di. 36. ar. 4. & q. di. 15. q. 1. ar. 4. q. 2. ad 3. & 3. con. ca. 141. & mal. q. 1. ar. 4. cor.

AD SEPTIMUM sic proceditur. Videtur, quod non omnis poena sit propter aliquam culpam. Dicit enim Ioan. 9. de caeco nato. Neque hic peccauit, neque parentes eius, ut nasceretur caecus. Et similiter videmus, quod multi pueri etiam baptizati graues penas patiuntur, ut puta febres, demonum oppressiones & multa huiusmodi: cum tamen in eis non sit peccatum, postquam sunt baptizati: & antequam sint baptizati, non est in eis blasphemia de peccato, quam in aliis pueris, qui haec non patiuntur: non ergo omnis poena pro peccato est.

¶ 2. Praeterea. Eiusdem rationis esse videtur, quod peccatores prosperentur, & quod aliqui innocentes puniantur: utrunque autem in rebus humanis frequenter inuenimus. Dicitur enim de iniquis in Psal. 72. In labore hominum non sunt, & cum hominibus non flagellabuntur. Et Iob 21. Impij uiuunt, subleuati sunt, confortati; diuitijs. Et Abacuc 1. dicitur. Quare respicis contemptores, & taces conculcantes impio iustiores se? non ergo omnis poena infligitur pro culpa.

¶ 3. Praeterea. De Christo dicitur Pet. 2. quod peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius, & tamen ibidem dicitur, quod passus est pro nobis. ergo non semper poena a Deo dispensatur pro culpa.

SED CONTRA est, quod dicit Iob 4. Quis unquam innocens perijt, aut quis recti deleri sunt? quin potius uidi eos, qui operantur iniquitatem, stant Deo, perijisse. Et Aug. * dicit in 1. Retractionum, quod omnis poena iusta est, & pro peccato aliquo inpenditur.

RESPON. Dicendum, quod sicut iam dictum est, * Poena potest dupliciter considerari, simpliciter, & in quantum satisfactoria. Poena quidem satisfactoria est quodammodo uoluntaria, & quia contingit eos, qui differunt in reatu poenae, esse unum secundum uoluntatem unionem amoris, inde est quod interdum aliquis qui non peccauit, penam uoluntarius pro alio portat: sicut est in rebus humanis uidemus, quod aliquis in se transfert alterius debitum. Si uero loquamur de poena simpliciter, secundum quod habet rationem poenae, sic semper habet ordinem ad culpam propriam: sed quoniam quidem ad culpam actuale, puta, quoniam aliquis uel a Deo, uel ab homine pro peccato commissio punitur: quoniam uero ad culpam originale, & hoc quidem, uel principaliter, uel consequenter. Principaliter quidem poena originalis peccati est, quod natura humana sibi relinquatur destituta auxilio originalis iustitiae: sed ad hoc consequuntur omnes penalitates, quae ex defectu naturae hominibus contingunt.

Sciendum tamen est, quod quoniam aliquid uidetur esse poenale, quod tamen non habet simpliciter rationem poenae. Poena enim est species mali, ut in dicto est, * malum autem est priuatio boni. Cum autem sint plura hominis bona, scilicet anime, corporis, & exteriorum rerum, contingit interdum, quod homo patitur detrimentum in minori bono, ut augeatur in maiori: sicut cum patitur detrimentum pecuniae propter sanitatem corporis, uel in utroque horum propter salutem anime, & propter gloriam

Cap. declinando ad h. tem. Art. preced.

p. p. q. 48. art. 5.

Dei, & tunc tale detrimentum non est simpliciter malum hominis, sed secundum quid: unde non habet simpliciter rationem poenae, sed medicinae. Nam & dicitur austeras portiones propinant infirmis, ut ferant sanitatem. Et quia homo non proprie habet rationem poenae, non reducitur ad culpam nisi ad causam, nisi pro tanto: quia hoc ipsum, quod humanae naturae medicinae poenales exhibentur corruptione naturae, quae est poena originalis peccati. In statu enim innocentiae non oportuisset aliqui profectum uirtutis inducere per poenalia excommuniatio: unde hoc ipsum quod est poenale in talibus, reducitur ad originale culpam, sicut ad causam.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod homo debet coram, qui nascuntur, uel est puerorum, sunt esse, & poena originalis peccati, ut dictum est, * & manet post baptismum propter causam superius dictam, & quod non sint aequaliter in omnibus, contingit propter naturam diuersitatem, quae sibi relinquuntur, praedictum est. * Ordinatur tamen huiusmodi poenae secundum diuinam prouidentiam ad salutem hominum, uel eorum, qui patiuntur, uel aliorum, qui penis admonentur, & etiam ad gloriam Dei.

AD SECVNDVM dicendum, quod bona temporalia, & corporalia sunt quidem aliqua bona hominis, sed parua: bona uero spiritualia sunt magis hominis bona. Pertinet igitur ad diuinam iustitiam, ut uirtuosus det spiritualia bona, & de temporalibus bonis, uel malis tantum det eis, quantum sufficit uirtutem. Ut enim Dionysius dicit 8. cap. de diuinis nominibus. * Diuinae iustitiae est non emolare operum fortitudinem, materialium donatio omnium. Verum hoc ipsum, quod temporalia dantur, in quantum spiritualium cedunt. Unde in Psal. 72. conuulsum. Ideo tenuit eos superbia.

AD TERTIVM dicendum, quod Christus poenae sustinuit satisfactoriam, non pro suis, sed pro fratris peccatis.

ARTICVLVS VIII.

Utrum aliquis puniatur pro peccato alterius.

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur, quod aliquis puniatur pro peccato alterius. Dicitur enim Exodus 20. Ego sum Deus zelotes, uisitans iniquitatem patrum in filios in tertiam, & quartam generationem his, qui oderunt me, & Matth. 23. dicitur. Ut ueniat super uos omnis sanguis iustus, qui effusus est super terram.

¶ 2. Praeterea. Iustitia humana deriuatur a iustitia diuina: sed secundum iustitiam humanam aliqui filij puniuntur pro parentibus, sicut patet in crimine laesae maiestatis. ergo et secundum diuinam iustitiam unus puniatur pro peccato alterius.

¶ 3. Praeterea. Si dicatur filius non puniri pro peccato patris, sed pro peccato proprio, in quantum imitatur malitiam paternam, non magis hoc diceretur de filiis, quam de extraneis, qui similes poena puniuntur his, quorum peccata imitantur. non ergo uidetur, quod

¶ Super dicitur 87. Art. 1.

¶ In art. 8. dicitur

¶ Ibi dicitur quod poena spiritualis est in rebus humanis, ideo non sunt poenae dicuntur, quia anima non cadit in aliquid bonum. Falluntur per hoc est: quia bonum ordinatur ad non diuinum, quod loquitur melius. Cuius deinde est in inter ipsa bona unum ordinatur aliud bonum, & expectat quod cui priuatur bono spirituali, poena confessione, aut Christi, uel carnis, melius est, ut Petro negat, & stum accidet. buoq; in 1. sanctus uirtute re quanda, quae qua uirtute, ob eundem, linitis Ro. cōcluse non est. ¶ Ad hoc dicitur bonum spirituale

differe ad temporalia... quod hoc non est le... cundum se boni ani... ma sed in ordine ad... aliud. Bonum autem... spirituale est secun... dum se bonum ani... ma, per se loquedo... & propterea sicut se... habet ad hoc, quod... sint bona, ita ad hoc... qd privationes eoru... sint mala. Tempora... lia igitur, quia in or... dine ad aliud, sunt... bona, in ordine quo... que ad aliud priva... tiones eorum mali... tiam, vel bonitatem... fortiumur, & poena... esse possunt, propter... quod contingit esse... pure medicinalia.

filij pro peccatis proprijs puniuntur, sed pro peccatis parentum.

SED CONTRA est, quod dicitur Ezech. 18. Filius non portabit iniquitatem patris.

RESPON. Dicendum, si loquamur de poena satisfactoria, quae voluntarie assumitur, contingit, quod vnus portet penam alterius, in quantum sunt quodam modo vnum, sicut iam dictum est. Si autem loquamur de poena pro peccato infligta, in quantum habet rationem poenae, sic solus vnusquisque pro peccato suo punitur, quia actus peccati aliqui personae est. Si autem loquamur de poena, quae habet rationem medicinae, contingit, quod vnus punitur pro peccato alterius. Dicitur enim, quod detrimenta corporalium rerum, vel et ipsius corporis, sunt quaedam penales medicinae ordinatae ad salutem animae. vnde nihil prohibet talibus poenis aliquem puniri pro peccato alterius vel a Deo, vel ab homine, ut pote filios pro patribus, & subditos pro Dominis, in quantum sunt quaedam res eorum: ita tamen quod si filius, vel subditus est particeps culpe, huiusmodi poenalis defectus habet rationem poenae quantum ad utrumque. sicut enim qui punitur, & est pro quo punitur. Si vero non sit particeps culpe, habet rationem poenae quantum ad eum pro quo punitur: quantum vero ad eum, qui punitur, rationem medicinae tantum, nisi per accidens in quantum peccato alterius consentit: ordinatur enim ei ad bonum animae, si patienter sustineat. Poena vero spiritualis non sunt medicinae tantum: quia bonum animae non ordinatur ad aliud melius bonum, unde in bonis animae nullus patitur detrimentum sine culpa propria, & propter hoc etiam talibus poenis, ut dicit Hier. in epistola ad Auitum, vnus non punitur pro alio: quia quantum ad animam filius non est res patris. unde & huius causam Dominus assignans dicit Ezech. 18. Omnes animae, meae sunt.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod utrumque dictum usque est referendum ad poenas temporales, vel corporales, in quantum filij sunt quaedam res parentum, & successores praedecessorum, vel si referantur ad poenas spirituales, hoc dicitur propter imitationem culpae. unde in Exod. additur. His qui oderunt me. Et in Matth. dicitur. Et vos implete mensuram patrum uestrorum. Dicit autem puniti peccata patrum in filiis, quia filij in peccatis parentum nutriti, pronio-

A res sunt ad peccandum tum propter consuetudinem, tum etiam propter exemplum, patrum quasi auctoritatem sequentes: sunt et maiori poena digni, si poenas patrum videntes, correcti non sunt. Idco autem addidit, In tertiam, & quartam generationem, quia tamen consueverunt homines uiuere, ut tertiam, & quartam generationem uideant, & sic mutuo uidere possunt, & filij peccata parentum ad imitandum, & patres poenas filiorum ad dolendum.

AD SECVNDVM dicendum, quod poenae illae sunt corporales, & temporales, quas iustitia humana uni pro peccato alterius infligit, & sunt remedia quaedam, uel medicinae contra culpas sequentes, ut uel ipsi, qui puniuntur, uel alij cohibeantur a similibus culpis.

AD TERTIVM dicendum, quod magis dicuntur puniri pro peccatis aliorum propinqui, quam extranei, tum quia poena propinquorum quodammodo redundat in illos, qui peccauerunt, ut dictum est, in quantum filius est quaedam res patris. Tum etiam quia, & domestica exempla, & domestica poenae magis mouent, unde quoniam aliquis nutritus est in peccatis parentum, uehementius ea sequitur, et si ex eorum poenis non est deterritus, obstinatio uidetur: unde & est maiori poena dignus.

QVAESTIO LXXXVIII.

De peccato veniali, & mortali, in sex articulos diuisa.

DEINDE quia peccatum ueniale, & mortale distinguuntur secundum reatum, considerandum est de eis. Et primo considerandum est de ueniali per comparationem ad mortale. Secundum, de ueniali secundum se.

CIRCA primum quaeruntur sex.

- Primo, Vtrum ueniale peccatum conuenienter diuidatur contra mortale.
Secundo, Vtrum distinguantur genere.
Tertio, Vtrum ueniale peccatum sit dispositio ad mortale.
Quarto, Vtrum ueniale peccatum possit fieri mortale.
Quinto, Vtrum circumstantia aggravans possit de ueniali peccato facere mortale.
Sexto, Vtrum peccatum mortale possit fieri ueniale.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum ueniale peccatum conuenienter diuidatur contra mortale.

AD PRIMUM sic proceditur. Vt quod ueniale peccatum non conuenienter diuidatur contra mortale. Dicit enim August. 22. lib. contra Faustum.

busdam sanctorum. Aduerte tamen hic, quod poena species mali est quod privationem boni debuit, quado, sicut & c. includit, ne putes omnem negationem boni spiritualis poenae rationem habere.

IN I art. q. 28. dubium occurrit ex Sco. in 2. 1. dist. 2. fen. expresse impugnantem, quod ueniale & mortale non distinguuntur ex eo, quod mortale inordinatione circa finem, ueniale autem circa ea, quae sunt ad finem impositae, quia utrumque potest esse & circa finem, & circa ea quae sunt ad finem: cum tamen author hic distinguat ueniale contra mortale ex dicta differentia. Ad hoc dicitur dupliciter. Primo, quod author non intendit nisi de ueniali, & mortali ex genere, haec n. distinguuntur ex obiectis. I. sine, & his quae sunt ad finem, obiectio autem procedit de mortali, & ueniali quomodo libet. Sed remanet tunc quaestio, quare absolute author de mortali, & ueniali tractans, ad ueniale, & mortale ex genere descendit.

Super Questionis 28. Articulum primum.

In hoc enim errasse uideatur manifeste, quod in communi tractans, de specialibus determinat, relicto communi. Propre-